

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. VIII. Ad efficaciam doloris requiritur propositum emendationis, extendens se ad amnia morraliter in particulari si proponerentur. Sufficiet propositum virtuale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

defectus in illa materia est gravis; vel, quod in idem recidit, ideo neque omne peccatum veniale fictum est materia gravis.

Deinde fallum est, quod qualibet materia sub una Conferatione, tam fuit Sacramentum Eucharistiae, quam omnis materia Sacramenti Penitentiae cum ceteris sub una Absolutione fuit Sacramentum Penitentiae, nam in Sacramento Penitentiae tantum est unica forma, & unicum confitetur Sacramentum; in Eucharistia vero tot sunt Sacraenta, quot sunt hostiae distinctae; & licet forma videatur, si se formaliter una; virtute tamen censetur multiplex. Unde si in unaquaque hostia non verificaretur, feret irrumum integrum aliquod Sacramentum.

Sed contra; etiam forma Penitentiae virtutis multiplicatur; nam singula peccata venialia possent esse materia sufficiens singularem Absolutionem, cum possit unum peccatum veniale remitti sine alio.

Respondeo; potest omnino remitti, equidem quando simul plura peccata venialia absolvuntur, nullus dicit ibi esse plura Sacraenta; nam licet sint plures remissiones, nihilominus una est & eadem gratia remissiva; neque enim quia unum, vel plura confitentur peccata, ideo quis accipit maiorem graviam.

Catus ergo similis est, si duo simul confitentur, & unus est omnino indilpositus; quippe tunc indispositus peccaret mortaliter, quamvis adhuc forma haberet suum effectum respectu alterius; quia nimis in tali casu plura confitentur Sacramenta Penitentiae, & unum Sacramentum totaliter frustratur suo effectu.

Sicut si Episcopus consecratus diceret pluribus, *Accipe postulatum &c. tametsi forma dicetur omnibus simul, fieret tamen multiplex Sacramentum, & ipsa forma esset virginaliter multiplex, ac si diceret; Accipe tu, & Accipe tu;* id est non minus peccaret, qui inter ipsums incapax ficeret Sacramenti, ac si solos ordinaretur.

Caterum quæ peccati venialis, eadem vindetur ratio peccati mortalis, prius directe remissi per aliam Absolutionem. Item quæ venialis peccati non dolorosi, eadem appetatio peccati venialis sit; cum hac tamen difference, quod peccatum veniale fictum sit mendacium.

Negue puto esse peccatum mortale (quidquid Aliqui dixerint) falsò se accusare de peccato mortali, tamquam semel directe remisso per Absolutionem sacramentalem; quamvis enim notabiliter varietur judicium Confessarii in ordine ad conceptum & extimationem de conscientia penitentis, quod attingat ad culpam præteritam; atamen cum illud judicium non pertineat ad Sacramen-

tum præsens, & penitens sibi possit finē gravi peccato seipsum infamare; etiam de fallo crimen, si adit justa causa, non video quare hoc semper sit peccatum mortale.

Secus dicendum de illo; qui si sit confite-
tus peccatum mortale, ut nunquam remissum;
nam decipit judicem in re gravi & necessaria
ad præsens iudicium, eo modo quo deciperet
per negationem criminis veri, neque minor
datur occasio variandi iudicium sacramentale,
de quo infra adhuc redibit occasio loquendi.

Hoc tantum impræsentiarum noto, raro
contingere, ut quis se accuset de peccato mor-
tali ficto; sèpè autem fieri posse, ut quis con-
fiteatur peccatum veniale, quod non fecit,
aut certè quod fecit, cum indebito dolore;
idque, ut supra insinuavi, defectu propo-
siti de cetero non peccandi, quod tamen pro-
positum necessarium est, ut nunc amplius de-
claro, & erit.

CONCLUSIO VIII.

Ad efficaciam doloris requiritur
propositum emendationis, ex-
tendens se ad omnia mortalia
in particulari si proponerentur.
Sufficiet propositum virtuale.

Inicio ab ultima parte, cui non immorior; 183.
quia cam longè & latè discussi disp. 6. sect. An quis ves-
luntariè possit omit-
tere formam
propositi
emendationis;
2. concl. 2. Tantum quero, an possit quis se-
curè conscientiā omittere voluntariè proposi-
tum explicitum seu formale, distinctum ab
actu derelictionis seu disiplentiae. Respon-
dent plurimi negativè; quia saltem est de præ-
cepto divino. Deinde; quia exponitur Sacra-
mentum periculo nullitatis.

Sed si verum est, quod in Sacramentis li-
cat materia probabilitas (ubi non obstat lex
Ecclesie, vel charitatis, aut iustitiae) de quo
egimus disp. 1. sect. 7. concl. ultimā, cur hoc
non licet? Intelligo extra articulum mortis.
Nam in articulo mortis obdamnum irrepara-
bile, quod sequi posset, non licet sequi sen-
tentiam probabilem, quæ non tolleret talis
damni periculum.

Deinde, propositum formale non aliter est **Necessitas**
de præcepto divino, quam, quatenus est ne-
cessarium ad substantiam Sacramenti, aut juri-
ficationem; simili modo, quo formalis dolor
est de præcepto divino. Et quamvis ex Con-
cilio Tridentino satius constet, ad substantiam
Sacramenti necessarium esse formalem dol-
orem, ut videre poteris concl. 1. equidem si-
milis necessitas formalis propositi emenda-
tionis nec ex hoc, nec ex aliis Conciliis evi-
denter probatur.

Ttt

Qua-

Quapropter si pénitens, qui sibi ipsi quodammodo ministrat materiam hujus Sacramenti, posset extra articulum mortis adhibere dolorem, qui aliundē, puta ex motivo suo, probabilitē tantum sufficeret ad substantiam & effectum Sacramenti; non video cur paratione non posset omittire voluntariē propositum explicitum seu formale, distinctum ab actu detestacionis. Nihilominus contrarium in praxi suadendum; quia via tertia, quam convenit eligere, nisi aliquid obstat.

184.

Cu[m] non sufficiat propositum formale ab[st]raetique dolore formalis.

Non gravetur Lector, si adhuc unam proposuero quætionem. Si dolor formalis, absque proposito formali, sufficit ad valorem & effectum Sacramenti, cu[m] non etiam propositum formale absque dolore formalis? Sicut enim dolor & detestatio ex efficaci & universalis odio peccati & offendit divinæ, includit virtualiter propositum circa futura; sic etiam propositum non peccandi ex simili odio, implicitè continet detestationem peccati præteriti. Unde qui diligit Deum propter se super omnia actu efficiat, & ex hoc motivo proponit firmissimè, custodire ejus mandata, eo ipso dicitur communiter habere Contritionem virtualem; quia in eo actu continetur implicitè detestatio peccati præteriti, licet homo non recordetur, nec putet se peccasse. Cur ergo talis actus non sufficiat?

Respondeo ut supræ Conclus. 1. stat præ ratione à priori voluntas Christi, de qua con-

tas Christi. stat ex Concilii Florentino & Tridentino.

Ratio congruentia est; quia ad Sacramentum Pénitentia requiritur Confessio peccati præteriti; illa autem moraliter nequit esse absque formalis detestatione; neque enim est nuda narratio peccatorum, sed cum ordine ad Absolutionem seu remissionem; voluntas autem Absolutionis supponit formalem detestationem seu odium, ut clarum est; ideo quippe pénitens petet Absolutionem à peccato præterito, quia illud sibi displaceat.

Aliunde autem ad Sacramentum Pénitentia non est necessaria memoria peccati futuri; adeoque sibi contingit, ut pénitens ita occupetur circa detestationem peccati præteriti, ut nulla animum subeat cogitatio peccati futuri, ac proinde frequens fore periculum invaliditatis, si expressum propositum non peccandi de cætero esset necessarium.

Accedit, naturalissimum esse, ut potius ex vita præterita detestatione oriatur propositum in futurum, quam vice versa ex proprio detestatio. Quin immo propositum posset esse in eo, qui nunquam peccavit; quo casu non habet ita propriæ rationem Pénitentia aut Contritionis, tametsi ex timore Dei, aut metu inferni conciperetur.

Interim notat Hiquæus in suo Comment. 116. 4. dist. 17. q. unicā n. 69. Si premiserit quis examen sua conscientie, & orationem, quæ in his impietaret à Deo gratiam compunctionis & vera Pénitentia, modò sentiat in seipso propositum firmum evitandi peccati, cum confidentia in Dei adjutorio ac meritis Christi, non in seipso, argumentum erit à posteriori quietandi animum, & se fecisse veram Pénitentiam; quia tale propositum oritur ex Pénitentia tali tranquama causa, sive Attritio sive Contritio. Hæc ille.

Merito igitur Concilium Trident. fess. 14. cap. 4. docet, Contritionem non solum cesserinem à peccato, & vita nova propositum & incrementum, sed veteris eriam odium contineat, præteritum cùm posset esse tale aliquod propositum, ut neque ita virtute illius, neque formaliter simul cum illo sit detestatio peccati præteriti, quin potius complacientia, quod propositum indubitate non sufficit, contra haereticos contrarium dogmatizantes, quos ibi dämnat Concilium.

Quapropter, ut ad primam partem Conclusionis accedamus, certum est apud omnes Catholicos ad efficaciam doloris requiri propositum emendationis formale vel virtualiter non tale, quod Hæretici somniant, quod potest confidere cum actuali complacientia in peccato præterito; sed tale; quod positivè excludat voluntatem peccandi. Pro quo

Nota, efficaciam doloris possit considerari partim circa peccatum præteritum, partim circa futurum. Et quidem, cùm ad præteritum non deretur potentia, statutus fore, qui absolutè vellet facere, quod non peccasset. Nam verisimile dixit D. Hieronymus Epist. 22: quæ est ad Eustochium: Cū omnina posset Deus: suscitare virginem non potest perfidiam; id est, Deus non potest facere, ut qui semel amiserit integratam carnis, nunquam amiserit. Hinc Philosophus 6. Ethic. 2. approbat dictum Agathonis: Hoc etiam ipse Deus, soloq[ue], carere videatur. Infelix ut faciat, quod factum est atque peractum.

Et ratio est, inquit Scotus 4. distinct. 1. q. 6. Ratio n. 5. quia nulla factio potest esse non entis, de aliis scotus: quia non ente; quia maximè extendendo factio, quilibet est vel entis de non ente, vel non entis, de ente, sicut in annihilatione, vel entis de ente; præteritum autem non est ens: & ipsum non præterisse est aliud non ens; ergo non potest ex præterito fieri, quod non sit præteritum.

Sufficit ergo ad efficaciam doloris circa præteritum, talis disiplinatio, vel detestatio. Quia si quæ peccator sic abominatur, peccatum, ut res esset integra, faceret, peccatum tale vel latro non esse commissum, seu non suffice committendum; & hic effectus explicatur per hanc

hes, aut similes propositiones: *Vellem non peccasse; Vtinam non peccasset; Hm mibi; Diffligat mib; Paniter me, quod Deum offendierim.*

Eliciturque aliquando per modum fugae, & aversiois à peccato; aliquando per modum prosecutionis, que habet pro objecto non peccasse; siveque indiferens utrovis modo elicitur; quamvis frequenter unus alterum comiteatur, & ex prosecutione nascatur fuga. Ita Herinoc disp. 2. n. 21.

Ad latitudinem populi generali etiam res per nos?

Ita efficiat circa futurum, ipsa est absoluta voluntas de cetero servandi mandata, & Deum non offendendi mortaliter. De hac voluntate, præter alibi dicta, que non judecito repentina, specialis hic movetur controversia, an sufficiat propositum generale evadendi peccata. Hiquæus suprà n. 70. respondet, si illud propositum sit absolutum & perfectum, ita ut secundum affectum includat formaliter aut virtualiter propositum particolare, maximè circa peccata confessa, sufficeret.

Ad latitudinem populi generali etiam res per nos?

189. Sed quid si propositum sit confusum & in genere, ita ut ex efficacia sua non determinet voluntatem ad propositum particolare desiderandi hoc aut illud peccatum in specie, tametsi ei applicetur per cogitationem?

Ad latitudinem populi generali etiam res per nos?

Respondent Quidam, inquit Hiquæus supra, sufficere tale propositum, neque debere Confessorem in specie interrogare penitentem, an habeat propositum desiderandi hoc peccatum confessum, aut non committendi illud de cetero, si viderit periculum esse, ne ille complaceat magis in peccato, & dicat se non habere propositum, quia alioquin hoc esset tentare penitentem.

Ad latitudinem populi generali etiam res per nos?

Hanc sententiam (prosequitur dicitus Author) audio à Quibusdam practicari, nescio certè, quibus Authoribus, aut quo fundamento. Fortè occasionem hujus praxis defunxerunt ex Sanchez lib. 3. Sum. cap. 7. n. 9. qui agens de reo, qui illegitimè negavit coram judice veritatem, dicit: *Cautè se debet habere Confessarius circa hoc propositum rectum fatidæ veritatis, si iterum rogentur. Si enim credat fore ut iterum non rogentur, nil debet rogare de tali proposito, ne penitentes tentent, & exponant periculo denuò peccandi, habendo propositum contrarium, cum sit difficultimum negotium fateri proprium crimen. Sed factis est, ut in genere proponent cavere imposterum peccata.*

Ad latitudinem populi generali etiam res per nos?

Immo si credat fore, ut iterum rogentur, nec conjiciat Confessarius in penitente animum negandæ veritatis, non debet etiam ipsum tentare, interrogando de hac re; cum tunc non sit in peccato mortali, id enim jam transit. Et factis est in genere proponere emendam. Et quamvis prima opinio vera esset

(puta, quod ultrà debeat se offerre ad fatidam veritatem). Si penitens sit in bona fide, debet Confessarius non certiore illum facere de hac obligatione, utpote quæ diffilissima est, & raro acquiesceret. His tenus Sanchez.

Quidquid sit de obligatione fatidæ veritatis; quantum spectat ad propositum emendacionis, existimat Hiquæus suprà nu. 71. hanc sententiam nec veram, nec tutam esse, neque ullo modo trahendam in proxim. Et nu. 78. cenlet illam doctrinam erroneam in fide, & perniciosem Ecclesiæ, & populo, & Reipublicæ, & salutis animalium; ac proinde dignam, quæ auctoritate Prælatorum exsideretur; alioquin, inquit, nullus est in mundo adeò pervertitus Christianus, quin sic posset confiteri, & sumere Sacramenta quotidie; quod nihil aliud est, quam ea profundere & profanare, & favere improbitati.

Sed quæ ratio hujus censuræ? De fide est, inquit prefatus Author nu. 71. odium veteris vita, & inchoationem novæ, requiri ad fructuosam Penitentiam; sed neque talis habet odium vita prioris, neque inchoationem novæ; neque dolet, neque emendatur de tali peccato ullo modo secundum propositum absolutum voluntatis: ergo &c. Minor, de qua sola potest esse quæstio, probatur; quia nullus efficaciter dolet de peccato commisso, aut proponit emendam, aut vitam novam, qui affectu manet converlus ad peccatum; sed quicumque ita dispositus est, ut in particulari interrogatus a Sacerdote, respondeat se non velle deserere tale peccatum, verè secundum affectum nec dolet de peccato, neque proponit emendam & vitam novam; quæ necessariò requiruntur, saltem quod affectum seu intentionem & propositum absolutum: ergo non verè penitet, sed facte tantum & verbaliter.

Hæc ergo sit probatio prima partis nostra. Conclusionis licet enim non requiratur propositum emendacionis, actu se extendens ad singula peccata mortalia in particulari; nam neque talis dolor requiritur, ut confat ex dictis disput. 6. sect. 2. concl. 6. equidem neceſſarius est tale propositum universale sive in genere, quod virtualiter se extendat ad singula in particulari, prout similis dolor neceſſarius est. Iam autem nullus auctor voluntatis virtualiter extenditur ad aliquod objectum, qui non est natus inducere determinare similem actum circa illud objectum, vel certè ex efficacia sua excludere actum contrarium.

Sicut, inquit Scotus 4. dist. 15. q. 1. n. 10. in fine, non est necesse, intellectum simul considerare hoc peccatum & illud, & ita non est necesse, voluntatem simul paniteri. (id est dolere) de hoc &

Tunc 2 ille

illo sed tamen dum considerat unum, & pénitenti de illo, saltem habitualiter, faciat de alio, hoc est, animo promptus est si cogitat alius, ad faciliandum de alio. Porro quæ doloris, eadem effatio propositi, cùm ipse dolor sit propositum virtuale.

Sicut ergo non sufficeret dolor, qui ita verfaretur circa unum peccatum mortale, ut si pénitentis interrogaretur de alio, responderet se non dolere; pari quoque ratione non sufficeret propositum, quod ita verfaretur circa unum peccatum mortale, aut circa omnia in genere, ut si pénitens interrogaretur de alio, aut de aliquo in particulari, responderet se non proponere emendationem.

192. Dices; Tridentinum fess. 14. c. 4. docet Objectio ex voluntatem peccandi excludat, id est, si non habeat actualē complacentiam in peccato præterito, seu voluntatem actualē peccandi de cetero.

Responso. Respondetur; illa expositi videtur esse contra ipsum Tridentinum eodem cap. ibi: Declarat igitur sancta Synodus hanc Contritionem, non solum cessationem à peccato, & vita nova propositum & inchoationem, sed veterū eiusdem odium contineat. Ubi expressè distinguit inter cessationem à peccato, id est, carentiam actualis propositi de cetero peccandi, & vita novæ propositum, id est, positivam aliquam voluntatem non peccandi de cetero.

Itaque exclusionem, de qua infra agit, intelligit non tantum negativę, sed etiam positive. Ergo ad veram Attritionem requiriatur non solum carentia actualis voluntatis peccandi, sed ad minus etiam absentia voluntatis habitualis, juxta dicta disp. 6. fess. 2. concl. 2. n. 84. id est, requiritur talis dispositio seu constitutio voluntatis, ut pénitens interrogatus, ut, inquam, vi talis dispositio, seu stante presenti animæ constitutione responderet, se nolle amplius Deum mortaliter offendere.

Arque ut talis dispositio non requireretur, sed sufficeret dolere de peccato commiso, & carere actuali proposito peccandi de cetero, saltem hac ipsa carentia requiritur humano modo per liberam suspensionem voluntatis peccandi de cetero; sed quicunque est ita dispositus, ut interrogatus de hoc vel illo peccato in particulari, responderet, se velle amplius peccare; tantum excludit seu potius caret voluntate peccandi ex inadvertentia, non vero liberè & ex deliberatione; ergo &c.

Hinc rectè Innocentius Papa II. in Concilio Roman. c. 22. & refertur de Pénitentia dist. 5. c. 8. Fratres nostros Episcopos & Presbiteros admonemus, ne falsis Pénitentiis laicorum animas decipi, & in infernum pertribari patiantur. Falsam autem Pénitentiam esse constat cum pretiis pluribus de uno solo Pénitentia agitur, aut cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio; sicut revera non disceditur, dum pénitens interrogata

tus respondet, se velle adhuc peccare tali aut tali peccato. Addit Innocentius: Falsa etiam si Pénitentia, cùm pénitens ab officio vel curiali vel negotiali non recedit, quod sine peccato agi nulla ratione praevaleat.

Quero igitur; teneretur Confessorius interrogare pénitentem, an velit relinquere occasionem proximam peccati, quando video quod interrogatus responderet, se nolle relinquere, et si hic & nunc nihil cogitet de illa occasione? Putas quod posset talen ratu conscientiā absolvere? Existimas, quod posset absolvere usurarium non obligando, aut inergo, gando eum, an velit restituere, si prævider ipsum esse in tali dispositione, ut responderet, se non velle restituere, quamvis hic & nunc careat positivę voluntate non restituendi? Quare ergo similiter, tenendo regum debet dicere veritatem, quare, inquam, Confessorius, qui credit forte, ut iterum rogetur, & vides in pénitente animam negandę veritatem, id est, talem dispositionem seu constitutionem animæ, ut per peccata interrogatus, non obstante proposito generali, responderet, se nolle dicere veritatem; cur quofo non debet tali casu Confessorius euro interrogare de hac re, & obligare ut respondeat veritatem?

Si dixeris; quia exponitur periculo demissi peccandi, habendum actualē voluntatem negandi, cùm difficillimum sit negotium fatendi proprium crimen. Respondeo; etiam difficillimum est usufario restituere, & homini librico deferere proximam occasionem peccandi. Et tamen hi admontendi sunt & obligandi alioquin non absolvendi, si taliter sint dispositi, ut admonti nollent restituere, aut defere proximam occasionem.

Sed contrà; Alexander III. extra de Penit. & Remiss. c. 5. scribit in haec verba Beatus Iacob. Episcopo: Quod quidam ad Confessionem de criminibus retinunt, & quamvis confiteri velint, se tamen afferunt abstinere non posse. Confessio tue taliter respondemus, quod coram Confessionem recipere debes, & eis de criminibus confessum exhibere. Ergo multò magis recipienda est Confessio eorum, qui carent actuali voluntate peccandi, et si, juxta jam dicta, ita dispositi sunt, ut interrogati responderent, se velle peccare.

Respondeo; planè recipienda est, sed non nisi ad Absolutionem. Ad quid ergo? Ad Consilium, non enim dicit Pontifex: Recipit debes, & eis de criminibus Absolutionem exhibere, sed Consilium exhibere. Unde continuo subiungitur: Quia licet non sit vera iussumdi Pénitentia, id est, fructuosa seu sufficiens ad frumentum Absolutionis, admittenda est tamen coram Confessio, & crebit & salutaribus monitis Pénitentia indicenda. Id est, ad veram Pénitentiam, seu verum dolorem, cum proposito non peccandi de cetero inducendi.

Arguis

Arguis rursus : si conjuges v. g. sint in bona fide, neque timeret aliquod inconveniens ex silentio impedimenti occulti; sed contraria gravia prævidentur incommoda ex revelatio- ne, tunc Confessarius recte, & secundum Chiritatem, licet optimè noverit nullitatem Matrimonii, permittit conjuges in bona illa fide, forte qui jam solum peccant materialiter, postea peccant formaliter. Ergo similiter in calo proposito, si reus sit in bona fide, non debet illum certiori facere de obligatione fatidæ veritatis: & consequenter si penitentes proponat generali emendam, non oportet Confessarius interrogare de proposito circa aliquid peccatum particularē; sed potest eum absolvere, tamē prævideat, quod si interrogaretur, responderet, se velle amplius peccare iste peccato.

Respondet Hiquaeus suprà n. 77. Si reus confitetur negationem veritatis ut peccatum, sit & sciat esse peccatum; non potest ergo prætendere bona fides. Si autem confitetur se negasse veritatem pro securitate conscientia sua, ut, quia dubitat si fuerit mentitus, quamvis le putet non teneri ad veritatem dicendam, licet Confessarius teneat sententiam oppositam, non debet tunc destruere bonam fidem eius, si sit saltem fundata. Hæc ille, credens Sanctorum nihil aliud intendisse, quamvis satis confusus loquatur.

Sed, salvo meliori, Sanchez non agit de illo reo, qui bona fide negavit veritatem; sed qui, postquam malâ fide negavit veritatem, bona fide putat, se non teneri ultrò fateri veritatem; sed sufficere, si iterum rogatus fateretur; & indubitate talis relinquentus est in bona fide, tamē Confessarius foret in contraria opinione.

Deinde dico: doctrinam Sanchez, intellegiam de illo, qui malâ fide negavit veritatem, ita conformem præcepti communī; neque enim solent Confessarii rogare penitentes de proposito emendationis, nisi in generali, an doleant de peccatis confessi, & proponant seriam emendationem; excipi, si conjiciat Confessarius animum contrarium circa aliquid peccatum particularē, quem calum etiam Sanchez excepte dicens: Nec conjiciat Confessarius in penitente annum neganda veritatis.

Ceteroquin communiter præsumimus penitentes, qui generaliter proponunt emendationem, ita est dispositos, ut si in particulari peccata eis proponerentur, & interrogarentur, responderet, se amplius nolle peccare. Si tamen taliter dispositi non forent, dico, propositum generale non peccandi de cetero nequam tunc sufficere ad effectum Sacra- menti; quia inefficax, id est, ineptum inducere ad propositum singulare. Interim, sicut jam dixi, communiter præsumimus, tali- ter est dispositos.

Et ideo merito Confessarii per se seu regu- 198.
larter abstinent ab illa singulari interrogatio- Confessarii
ne; præterim quia qui hodie proponit non
amplius forniciari sive ex motivo offensa di- per se lo-
vinæ, sive turpitudinis peccati, crastinā di- quenio non
fornicariatur
interrogare.

Audamus Doctorē Seraphicum 4. dist. 16. a. 2. q. 1. Discendum, quod in casu, in quo
videntur
penitentia
bona
veneria
complacientiam peccati, vel tolerantiam penitentia
libet tenet prædigere, sive magis eligere penitentia
quam velle peccare vel peccasse. Preter casum ne-
cessitatis dico, quod prædigere omnem penitentia est
perfecta virtus, dubitare vero est infirmitas, quia
timor naturalis facit validē dubitare, & ista dubitatio
suum potestflare cum Charitate: sed prædigere
cupam alium penitentem, hoc est iniuriantis, si est cum
dubitacione & plena voluntate, quia omnis voluntas
est iniqua, qua peccatum vult vel absolutam, vel con-
ditionaliter. Vnde periculum est & stultitia, querere,
hoc ab aliquo infirmo, vel etiam à se ipso; quia hoc
est hominem ponere in tentationem: unde nullus
Confessor debet hoc ab aliquo, qui sibi conjectur, qua-
re; sed si panitens se offerat, & dicat, se malle
mortuum esse, quam peccasse, vel finite aliquid
gaudentum est; quia signum bona voluntatis est.

Dices; non obstante pericula novæ com- 199.
penitentia, tenet penitentis singula peccata
confiteri; ergo Confessor, non obstante simili
periculo, potest de singulis interrogare, an
proponat emendationem.

Respondeo: Ex institutione Sacramenti Pénitentia. universa Ecclesia semper intellexit (inquit Concilium Tridi. sess. 14. c. 5.) institutam etiam esse à Domino integrum peccatorum Confessionem & peccatorum, inquam, non tantum in genere, sed potius in specie ac signatim. Porro necessitatem propositi singularis nuspiciam reperio. & ideo non assero, maximè quando periculum foret, alioquin per se utile esse non dubito. Omitto, periculum novæ complacentiae forte etiam excusare à Confessione singularium peccatorum, de quo suo loco.

Igitur, ut finem imponamus huic difficultati, veluti requiritur dolor universalis, formaliter aut virtualiter se extendens ad omnia mortalia; sic itidem necessarium est propositum emendationis, formale, aut virtuale,

Tit. 3 forma-

formaliter, aut virtualiter se extendens ad omnia mortalia; id est, talis dispositio in voluntate, ut omnibus manentibus quæ nunc sunt, ex vi illius actus, quem nunc elicit, aut aliquando elicit voluntas, & adhuc habitualiter permanet, omnia peccata in particulari deftaretur, & nollet voluntas ea de cetero committere, si in particulari proponerentur ut talia.

Sed nunquid idem dicendum de peccatis venialibus?

CONCLUSIO IX.

Ad efficaciam doloris sufficit propositum particulare, extendens se ad sola venialia confessa. Potest dari universale, extendens se ad omnia.

200.
Probatur 1.
pars Concluſi.

Cum nulla sit necessitas confitendi omnia peccata venialia, immo confitendi aliqua; sicuti non requiritur dolor universalis, sed sufficit particularis de illis peccatis venialibus, quæ pénitens subjicit Clavibus Ecclesiæ; pari ratione non requiritur propositum universale, sed sufficit propositum particulare, extendens se ad illa tantum venialia, quorum petitur Absolutio sacramentalis. Porro necessitas hujus propositi eodem modo probatur, quo suprà Conclusione primâ probavimus necessitatem doloris.

201.
Ex mora
liter impo
ſibile virare
omnia pec
cata vén
alia.

Probatur ex
Scrip. 1.
Ioan. 1.
Conc. Mi
levitanus,

Neque de hoc puncto est specialis controversia inter Doctores; sed disputant, an & quomodo possit dari propositum efficax circa omnia peccata venialia, cum moraliter impossibiliter omnia vitare, juxta illud 1. Ioan. 1. v. 8. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quæ verba explicans Concilium Milevitani cap. 6. ait: *Quisquis sic accipiendo putaverit, ut dicat, proper humilitatem oportere dici non habere peccatum, non quia veritas est; anathema sit.*

Omitto cap. 78. & ubi iteratibus hanc doctrinam definit, & solum subſcribo verba Concilii Trid. less. 6. can. 23. Si quis hominem semel iuſificatus dixerit posse in tota vita peccata omnia, vitam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia; anathema sit. Ratio sumitur ex humana fragilitate; & continua impugnatione fomitis ac demonis, atque ex pluribus occaſionibus inducentibus ad venialia.

202.
An hoc sit
intelligen
dum etiam
de veniali

Et quoniam hæc ratio etiam locum habet in peccatis venialibus perfectè deliberatis, putat Felix de Grat. c. 5. diffic. 8. n. 7. hominem non posse in tota vita peccata omnia

venialia perfectè deliberata vitare, nisi ex speſi
ciali Dei privilegio. Sed, ut verum factum
hoc non requiritur ad veritatem Scripturae,
aut Conciliorum.

Docet præterea idem Auctor n. 8. hominem per totam vitam sine ſpeciali privilegio abſtinere ab aliquo determinato peccato ſu
veniali, v. g. furto rei levis, ut pater per experientiam; fecūs à venialibus circa ſenſibilia gustūs & tactūs, quoniam plures occaſiones & tentationes illorum occurunt. De mendacio levi, plures dubitant, & Aliqui dicunt, non poſſe vitari ſinē ſpeciali privilegio, tum propter fragilitatem humanaam & innumerabiles occaſiones; tum quia in Psalmo 115. v. 2. dicitur: *Omnis homo mendax.* Sed, inquit Felix, hoc non convincit; nam Augustinus & Hieronymus explicant de homine ſu
naturæ relictio, id est, homo ex ſe eſt mendax.

Interrogas Felicem; poterit quis ſinē ſpeciali privilegio pro parvo tempore eſſe ſinē ve
niālī peccato? Respondeſt n. 9. affirmativè, citans D. Augustinum lib. de Nat. & Grat. c. 62. Sed ibi nihil aliud inventio ad propo
ſitum, quād hac verba: *Beatus verò Hieronimus* *quid dixerit contra id, quod dicimus?* rū
quid ifstum (Pelagium) adiuver, nefrō; nūq; gaudi
poſſe eſſe hominem mundo corde reſtaſus eſt. Quid
quid negat? Sed gratia Dei per Iesum Christum
Dominum nostrum, non ſolū arbitrio libertate. Et
infrā: *Quisquis non cedit Ioanni Apoſtolo, quia*
*ipse ait: Si dixerimus quia peccatum non ha
bituimus, ſed, non habemus, Epifanio Hilari
quoniam cefſurus eſt?* Pro grātia Christi clam
nequa nemo iſſificatur, tamquam ſufficiente
tuta liber arbitrio.

Sanè ſi de mente D. Augustini queritur, non tantum pro parvo tempore, ſed etiam pro tota vita hominem poſſe eſſe abſtuſio ullo pe
ccato cum gratia Dei, expreſſiſimè docet lib. 2. de peccat. merit. c. 6. quod ſic incipit: *Nam* q
*qui dicunt, eſſe poſſe in hac vita hominem ſinē pa
cato, non eſt ei continuo incautus temeritate iſſi
ſtendum. Si enim eſſe poſſe negaverimus, & homin
libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & deſtitu
tui vel misericordia, qui hoc auſpicioſe appetit, der
rogabimus. Sed alia queſtiō eſt, utrum eſſe poſſit;* alia utrum ſit; alia ſi non eſt, cum poſſit eſſe, car
non ſit; alia utrum, qui omnino nunquam ullum
peccatum habuerit, non ſolū quoniam ſit, verū
etiam poterit aliquando eſſe, vel poſſit. In hac qua
di-partita propositione queſtiōnem, ſi à me queſta
tur, utrum homo ſinē peccato poſſe eſſe in hac vita,
conſitebor poſſe per Dei gratiam, & liberum eius ar
bitrium.

Ad ſecundam queſtiōnem, videlicet, utrum eſſe poſſit, Respondeſt cap. 7. in principio: *Eſſe non* p
*credo, magis enim credo Scriptura dicens: Ne in
terres in iudicium cum ſervo tuo, quoniam non iſſi
ſit in conſpectu tuo omnis vivens, Psal. 142. regna
v. 2. Et cap. 15. in principio ſic obiicit libi
ipſi.*